



ex Bibliotheca Sig. 27

einzelne verzeichnet 17. III. 1915.

~~111~~
 EX BIBLIOTH.
 NATIONIS HUNGAR.
 VITEBERG.
 17-17
 SIGNAT. ci1o1oCCCCXIII.

* ex Ex Libris Mll. i. i.—7.
N. J. 1823.
 + ex P. 5, XXXIII. 25. 26.
Ex W. XCIX. 6.

7. F. M. Leben königl. ungar. Hofbibliothek
 ex 2. Reg. II. N. 16. 27.
 + Quelle: ear Jo Christoph Wickmannshausen.
 F. 2. Egidius de ebor. Vit. III.
 4. Præside Andrea Senatore. Vrb. 1680.
 * Leg. 184. Christoph's Salte Hung.



20 v) 22a
19

Q. D. B. V.
Ex Verbis

PSALMI II. v. 12.

וּשְׁקוּ בְּרֵךְ

OSCULUM FILII,

adversus

Judæorum quorundam detor-
siones asserent

PRÆSES

M. JOH. HELVIC, WILLEMER,

Mœno - Francofurtanus,

atq;

RESPONDENS

JOH. SEBASTIANUS Götz/

Ulingâ Nassovius,

A. Æ. V. MDC LXXVIII.

Ad diem XIV. Augusti, horis Antemerid.

In Auditorio Veteri.

WITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDERI.



Ex Verbis
PSALMI II. v. 12.

TE-1507

OSCELLUM

TE-1507

In nomine domini amen

1507

JOHANNES WILHELMUS

1507

JOHANNES BASTIANS

1507


In nomine domini amen

1507

WILHELMUS

1507





עמי עשר

SECTIO PRIMA παρασκευαστική.

Argumentum.

1. Extus Authenticus & celebriores e-
jus versiones adducuntur. 2. Interpretes cu-
jusq; ætatis allegati laudantur. Imitatio eorum
concessa ostenditur rationibus, potissimum Isocra-
tis. 3. Verbi עמי significatio gemina asseritur,
inductione omnium Scripturæ locorum. Oscu-
lum datur amoris, primùm divini ex Cantic. 1, 1. & 8, 1. tum humani. U-
bi עמי פרקים של נשיקה osculum propinquorum, tam salutantium &
reconciliatorum, quàm פירושות valedicentium & separatorum. Re-
movetur osculum simulatorium, adulatorium pariter ac libidinosum.
Subjungitur עמי גדולה של נשיקה osculum honoris, privatim Parentibus,
publicè Magistratui simul & idolis fieri solitum, subjectionis & religiosæ
adorationis signum: id quod hîc retinendum. 4. Alio עמי sensu non-
nunquam venit de omnigenis armis, hîc profligandis. 5. Altera textûs
vox עמי examinatur quâ originem atq; significationem. Origo asse-
ritur arabica, tergemina Ebræorum rejectâ. Significatio Filii osten-
ditur ex usu Scripturæ Ebræo pariter ac Chaldaico, in compositis etiam
nominibus: quorum plura ex Syriaca lingua adducuntur. Consentit
Arabs atq; Samaritanus. 6. Aliam עמי à עמי deductum, significatio-
nem habet, hîc alienam, videlicet primùm puritatis, tum frumenti, post
agri sive forâs. Quod adductis singulis Scripturæ locis ostenditur, & si-
gillatim locutionis forâs egrediendi, apud Chaldæos atque Samaritanos
receptæ interpretatione concluditur.

§. I. Versabitur in præsentî opera nostra potissimum cir-
ca adstruenda DEI regiiq; Psaltis verba, osculum subjectionis &
religiosæ adorationis, nec non amoris, Filio DEI debitum, com-
plectentia: quæ cum in textu Authentico, tum celebrioribus E-
jusdem Versionibus ita habent:



Textus Ebr. authent. נִשְׁקוּ בְרֵי קְבוּלָה
Targum Chald. קְבוּלָה אֲחִישְׁתֵּי
 recipite doctrinā l. institutionē
Syrus: ܦܝܠܝܘܡ ܕܘܢܝܘܢ
 osculamini Filium.
Arabs: اذبحوا لولدهم adherete firmiter disciplinā.
Aethiops: አጸንቁ፡ ለጉዳዩ፡
 apprehendite disciplinam.
LXX. Interpp. δεξιὰ αὐτοῦ παιδείας
 manu prehendite disciplinam.
Aquila: καταφιλήσατε ἐκλεκ-
 τῶς osculamini electē.
Symmachus: προσκυνήσατε κα-
 τὰ ἰσῶς adorete purē.
Augustinus, Vulgatus nullum
 ex fontibus Ebræis, sed omnes
 & singulos Psalmos ex Græca
LXX. Interpp. versione red-
 dens, eumque necessitate
 quādam secutus, *Bellarminus,*
Lorinus & quos hic longo or-
 dine recenset alios, authenti-
 am *Vulgatæ Latinæ* propu-
 gnantes, convertunt: appre-
 hendite disciplinam.
Hieronymus: adorete purē; a-
 liās quoq; : adorete Filium.

§. II. Multa cum laude ingenii, nec minori acrimoniā ju-
 dicii in cognoscendis, dextrè interpretandis atq; feliciter asse-
 rendis hisce **DEI** verbis diu multumq; versati sunt ex antiquitate plu-

Cyprianus: continete disciplinā.
Galatinus: osculamini ele-
 ctum, aut fasciculum spi-
 carum; melius *filium*.
Pagninus & Arias Montanus:
Vatablus sive potius *Pellicanus* &
Leo Juda: Junig & Tremellig: alii-
 q; innumeri: osculamini Filiū.
Seb. Castalio: osculamini natū.
Genevenses: Baisez le Fils
 i. e. osculamini Filium.
Ferrarienses Judæi: Besad hyo.
Lutherus: anno 1524. Hul-
 det dem Sohn: postea küs-
 set den Sohn / addunt
Vinarienses: gebt ihm gleiche
 Ehre mit dem Vater Joh. 5,
 23. erkennet Jhn für euren
 einigen HERRN und Hey-
 land / liebet Jhn inbrünstig.
Dietenberg anno 1534. züchtiget
 euch / in marg. küsset den Son.
Norimbergensia anno 1483. &
Argentoratense Psalt. anno
 1506. Begreyffte die Zucht.
Judæi anno 1562. wasent euch
 mit der Keinigkeit: *Lekach tof:*
 seid gewarnet im reinen Herz.



plurimi: quos inter præcipuos nominamus B. Cœcilium Cy-
 prianum, Christi Martyrem, lib. I. Epist. 62. p. 169. edit. Paris.
Hieronimum Apol. contra Ruffin. Tom. II. p. 202. *Augustinum*
 Tom. VII. contra Lit. Petil. l. 2. c. 92. col. 149. a. T. IX. de bono
 disciplinæ c. 5. col. 954. d. de Speculo peccatoris c. 6. col. 1015. a.
Clementem Alexandr. admonit. ad Gentes pag. 52. edit. Paris.
 Eandem laudis honestissimæ possessionem jure meritoq; oc-
 cupat recentiorum industria, majori nisu in indagando ver-
 borum DEI sensu genuino rectè feliciterq; posita: quæ ex di-
 vino prorsus beneficio, subtili mentis acumine, intimos pro-
 fundi sermonis recessus felicissimè penetravit, & ubertate di-
 cendi satis apertos copiosè demonstravit ac comprobavit sin-
 gulis. Videri eò merentur *B. Lutherus* Tom. I. Altenb. f. 158. a.
 T. II. f. 548. a. T. V. f. 416. b. 1152. a. 1174. *Chemnitius* de duabus
 nat. c. 24. p. 134. *Dorscheus* Pentad. Disp. II. §. 53. p. 102. *Hœ* ad
 Psal. II. conc. 7. *Gerhardus* de Magistratu polit. membr. 1. §. 166.
Calovius T. I. Bibl. Illustr. f. 941. seqq. *Glasius* Phil. S. L. II. pag.
 273. seq. 370. L. V. p. 69. 126. *Geierus* T. I. in Ps. p. 42. *Jac. Martini*
 Lib. III. de trib. Eloh. c. 112. p. 735. Venerandus Academiæ no-
 stræ Senior *Sennertus* Disp. in Psalmos Davidicos anno 1674.
Ziegra Disp. in Psal. II. anno 1651. habitâ, *Fesselius* Advers. S. L.
 III. c. 7. integro p. 288. *Hackspan* Not. Phil. Part. II. p. 12. seqq.
Frischmuth reverentia Messiæ disp. anno 1676. habitâ, *Her-
 venschmid* Osculologia num. 14. p. 49. *Mullerus* de osculo San-
 cto p. 46. seq. *Flacius* Clav. Script. P. II. p. 582. edit. Jen. *Schne-
 psius* Comm. in Psal. p. 9. b. *Arndt* in Psalm. 2. conc. 3. p. 20. a.
 Addantur his ex Pontificiis *Bellarminus* Tom. I. l. 2. de V. D. c.
 13. §. 2. p. 106. & lib. 1. de Christo cap. 5. §. 2. p. 248. *Gretserus* de-
 fens. l. 2. c. 2. *Estius* in V. T. p. 386. *Galatinus* de A. C. V. p. 122. e-
 dit. Hanov. in primis *Lorinus* Comm. in Ps. Tom. I. p. 49. b.
 seq. E Reformatis *Calvinus* Comm. in Psalm. p. 8. *Rivetus*
 Oper. t. I. in Genes. p. 606. a. t. II. in Psal. p. 28. b. *Pareus* P. II.



Oper. Theol. Exeg. p. 61. b. *Piscator* in V. T. t. III. Op. p. 113. l. *Drusius* Difficil. Loc. Gen. c. 118. & in I. Sam. X. p. 499. *Coccejus* in considerat. Judaic. respons. & quæst. §. 180. p. 87. in ultimis Mosis p. 211. 274. *Hottingerus* Thes. Phil. l. 1. c. 2. q. 4. p. 143. *Buxtorfius* Anticrit. P. II. c. 8. p. 673. *Amama* Antibar. Bibl. l. 3. p. 445. edit. Francq. & vel maximè *Chamier* Panstrat. Cath. T. I. lib. 13. c. 9. n. 2. p. 233. a. lib. 15. c. 3. n. 20. p. 264. b. aliiq; quos longo numero referre nostrum institutum non permittit. Ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὡς οἰόντ' εἶναι πρὸς τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγησάσθαι, καὶ τὰ τε μεγάλα ταπεινά ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγιστος προσδεῖναι, καὶ τὰ πελάσια καινῶς διεξελθεῖν, καὶ πρὸς τῶν νεωστὶ γεγεννημένων δεχάτως εἰπεῖν· ὅτι ἄλλο φευκτέον ταῦτ' ἴσθι, πρὸς ὧν ἔτεροι πρότερον εἰρήκασιν, ἀλλ' ἄμεινον ἐκείνων εἰπεῖν πειρατέον. αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ προσγεγεννημένα κοινὰ πᾶσιν ἡμῖν καταλείψουσιν· τὸ δὲ ἐν καιρῷ ταύταις καταχρησάσθαι, καὶ τὰ προσήκοντα πρὸς ἐκάστης ἐνθυμηθῆναι, καὶ τοῖς ἐνύμασι εὖ διαφέσθαι, τῶν εὐφροσύνων ἰδίον ἴσθιν. *Ista non una Summorum quondam Rhetorum Magistri ac eloquentiæ Patris, Isocratis, Panegyri. ab init. ratio in eam facile mentem nos impulit, ut ne tantorum Virorum vestigia, præclarè nobis relicta, à bono animi proposito deterrent; quin potius magis magisq; incitarent, juvarent, atq; propositum iter eâ ratione instruerent ac probè communirent: ut sic demum integrum nobis sit, ingressum istud faciliori negotiò, celeriori pariter ac feliciori pede conficere. Quod ut divina nobis gratia concedat clementissimè! oramus rogamusq; supplices: cujus solius cum voluntate acquiescentes, tum promissione læti, sublimia isthæc miramur mysteria, atque divina meditamur oracula.*

§. III. Prima de ρωσ cogitandi ratio est. Accuratiorem enim hujus curam, ad nos maximè pertinentem, ubi ex dignitate habuerimus, reliquum controversiæ momentum in expedito erit decidere. Multis igitur, nec dubiis indiciis

cogni-

cognitum perspectumq; habemus, geminum esse in universum verbi נשק in Scripturis diviniis sensum & usum: unum osculandi frequentiore, alterum de armis rariorem. Quod eleganter post Rivetū ostendit *D. Geier T. I. in Ps. p. 1579.* Verbū נשק generatim est alteri *occurrere*, vel amoris causā, atq; sic est *osculari*; vel ex ira, atq; sic est *tractare arma*. Confirmat idem inductione singulorum Scripturæ locorum, suoq; testatur assensu R. Nathan in Concord. Ebr. נשק בשון שני. Hoc sensu: נשק cum שכיב duo habet significata 1. osculandi. 2. armorum & instrumentorum bellicorum. In nostro loco asseremus sect. 2. §. 1. seqq. prius osculorum significatum; Rabbi quidam posterius de armis enixissimè tuendum susceperunt. Id quod suis infra rationibus à nobis profigandum sect. 3. §. penult. Pontificii quidam Scriptores tertiam apprehendendi vel amplectendi significationem verbi נשק in nostro potissimum loco prætendunt, in patrocinium malæ in Vulgata Versione sua causæ; in qua opinione refellenda suo infra loco nostras vires experiemur. Nunc juvat scribendò persequi genuinum Scripturæ usum vocis נשק, (unde meliùs per ὕστερον ἔργον Germanorū *füssen*/quàm Latinorū osculor deducitur) ac primùm quidē de osculis, inde quoq; de armis, eā voce notatis, breviter pro instituti ratione dicere. Videtur v. omne in universum osculū amoris esse vel honoris, divini pariter atq; humani, hujusq; liciti vel illiciti. *Amoris*, & quidē *divini, osculum* notat נשק Cantic. 1, 1. ipsummet S. Spiritū, oris Christi, qui idem ἀγίος Φιλήμα in fidelibus autor Rom. 16, 16. Galat. 5, 22. Talis divini amoris osculum, Christo sponso figendum, fidelis quæq; anima, amore Christi languida, expetit Cantic. 8, 1. Amorem quoq; mutuum, benevolentiam atq; humanitatem testabantur olim *homines*, proditò jucundissimò isto amicitiae favorisq; signò, osculò, Prov. 24, 26. Sic
salu-

salutantes olim congressi amoris osculum figebant, Jacob & Rachel Genes. 29, 11. & Laban v. 13. & Esau reconciliatus c. 33, 4. Joseph & fratres c. 45, 15. Jacob & nepotes c. 48, 10. Moses & Aaron Exod. 4, 27. & focer c. 18, 7. David & Absalom reconciliati 2. Sam. 14, 33. Quod fictione personarum ad justitiam & pacem translatum elegantissimè est Ps. 85, 11. nec non ad animalia Ezechieli visa, mutuis veluti amplexibus hærentia, sese contingentia, complectentia &, metaphoricè loquendo, osculantia Ezech. 3, 13. vel osculis, juxta generale verbi נשק significatū, sibi mutuò occurrentia. Cùm autè inter sanguinis propinquitate junctos id osculi genus maximè & quidè publicè vigeret, dictū inde Ebræis פרקים של נשיקה *osculum propinquorum*, s. compitorum recensente Drusio in Ex. 12. p. 170. Alterum genus dicebatur פרושות של נשיקה *osculum separationis* seu valedictorium: quum digressuri ab invicem amici *valedicere* etiam interpositò osculò solerent. Observatum id legimus à Labane, filiabus & nepotibus Gen. 31, 28. 55. à Næemi atq; Arpa Ruth. 1, 9. 14. à Jonathane Davidi 1. Sam. 20, 41. à Davide Barsillai 2. Sam. 19, 39. ab Elisa Parentibus 1. Reg. 19, 20. istud mutui amoris signum imprimèntibus. Quod more institutoq; Majorum rectè ac prudenter observatum, atq; divinæ legi conforme fuit; quin hodieq; in aliquot regnis receptum, in primis apud Anglos; de quo testatur *Castellus Lex. heptagl. col. 2429.* Sed *illicitè* à prorsus ratione *simulabat* tantum amoris osculum Joab, salutans Amasam 2. Sam. 20, 9. Nec animi sensa exprimebat Absalom, hòc *adulandi* genere Israëlitarum animos sibi concilians 2. Sam. 15, 5. 6. Quale inter tot malevolorum insidias crebrum satis, exorandum, s. feriis ad DEUM precibus à piis, ut avertatur, contendendum Prov. 27, 6. Eadem ratione profligari meretur illud spurcissimi amoris signum, impudicum nempe osculum *libidinosæ meretricis*: quæ perfrictà fronte omnem simul prodit perditq; pudicitiam

Prov.

Prov. 7, 13. Quod ipsum cum insigni turpitudine conjunctum, & vel hoc nomine magnopere improbandum, quod obfirmasse vultum, omnemve reliquisse pudorem dicatur libidinosa, nequaquam eò ritu, Orientalibus ceteroquin recepto; sive salutans amicos, sive honorans digniores obviam sibi factos. Quandoquidem & *honoris osculum* apud eas in Oriente Gentes usu satis frequentatum fuisse ex S. Literis constat. Peculiare inde nomen tulit, diciturq; osculum *dignitatis*, magnitudinis s. magnificentiae של גדולה ששוקה ut habet R. Dav. Kimchi ad 1. Sam. 10, 1. Fuitq; is exhibendi honorem ritus in omni vitæ genere receptus: ideoq; privatus vel publicus. *Privatim* debitum *Parentibus* honorem ita testati sunt liberi: Jaco Jacob Genes: 27, 26. 27. Jacobo, etiam defuncto, Joseph c. 50, 1. *Publicè* hoc osculandi genere colebant subditi, cum civili ratione *Magistratum*, inferiorem & superiorem recens electum, tum sacro instituto ipsa *Deorum simulacra*. Sic cum summa rei administratio concessa Josepho esset, *subjectionis*, quod vocant, *osculum* eidem ab Ægyptiis præstandum legimus Genes: 41, 40. Neq; diversum testabatur doctrinæ ac vitæ integritate celeberrimus Samuel, recens designato Regi, Sauli, honoris osculum figens, & sic velut nomine populi universi homagium præstans 1. Sam: 10, 1. De *idolorum* deniq; cultu, hòc osculandi ritu etiam peracto, satis constat ex 1. Reg: 19, 18. Jobi 31, 26. 27. Hof: 13, 2. Hinc *osculari* per metonymiam, quam vocant, adjuncti atq; signi *idem est ac obedire*, humiliter se subicere & *colere* in genere; indeq; vicissim sigillatim *adorare*. Quo posteriori sensu in nostro textu occurrit, ac designat propriè & primariò osculum honoris atq; subjectionis publicæ: inde etiam cultum verè divinum & religiosam adorationem, Christo v. 2. omnium Gentium Regi v. 8. in Zione constituto v. 6. vero, essentiali ac æterno DEI Filio v. 7. atq; Jehovæ v. 11. summo jure omniq; ratione debitam.

tam. Eaꝛ; sunt singula Scripturæ S, loca, in quibus osculum verbo קשׁ significatur.

§. IV. Transfertur ab hac primaria osculandi significatione ad concursum militum, qui irâ accensi arma corripunt in hostem vibranda. Ac ut arcto invicem amplexu osculantes sæpe hærent: sic milites vel quicumq; arcum tendentes sagittarii oculos, os totumq; vultum arcui sollicitè admovent, quò propositam sibi metam felicius assequantur. Hinc sagittarii arcum velut osculaturi à verbo קשׁ dicuntur קשׁ קשׁ occurringes s. armati arcu, amplexum tractantes arcum 1. Paral. 12, 2. 2. Paral. 17, 17. Ps. 78, 9. Deductum inde nomen קשׁ arma quæcunq; sive instrumenta bellica notat, tam defensoria sive ἀμυντήρια, quàm offensoria sive Φυλακτήρια: sive sint ferrea Job. 20, 24. sive ærea, aut cujuscunq; demum metalli aut ordinis: quorum species quædam recensentur Ezech. 39, 9. 10. Sic haud dubiè utriusq; generis arma Salomoni undiq; allata 1. Reg. 10, 25. 2. Paral. 9, 24. & in armamentario Regis Juda reperta Jes. 22, 8. (quod ipsum eo nomine venit Nehem. 3, 19.) quibus miles indui solitus Job. 39, 24. 2. Reg. 10, 2. quacunq; belli tempestate Ps. 140, 8. Atq; non nisi in his Scripturæ locis קשׁ armorum sensum habet: ubi nullum usquam verbum, sed mera tantum nomina, & trinâ vice participia occurrunt.

§. V. Vox altera קב quæ in ambiguo est, nunc justâ ratione expendenda. Ejus originem, ut ab ovo ad poma progrediamur, repetimus ex arabicæ linguæ ubertate amplissima: quæ cum in sexcentis aliis, tum in hoc ipso themate aservando fidem usumq; suum probat eruditus. Prostat ibidem radix קב sensu benefaciendi, & sigillatim liberis, gerendi sese pium atq; morigerum erga DEUM & Parentes, nec non rectè feliciterq; procedendi: adeoq; & pietatem & justitiam

exer-

exercendi, juxta Erpenium. Complectitur adeò elegantis-
 simè mutua Parentum atq; liberorum officia & virtutes, mo-
 metq; parentes largæ in liberos liberalitatis, liberos obsequii,
 parentibus promptissimè secundùm div. voluntatem ex-
 hibendi, utrosq; mutua ac manifestæ benevolentia, si res fa-
 miliaris ex animi sententia procedere debeat. Inde qui a-
 rabibus ^{عربي} _{عربي} pius in parentes, Syris ^{ܐܘܪܝܝܢܐ} _{ܐܘܪܝܝܢܐ}, Samaritanis, fre-
 quentissimè Chaldæis &, voce in divinissimo Codice quater
 repetitâ, Ebræis ^{בן} _{בן} sive filius dicitur. Consentunt in hanc vo-
 cis originem arabicam Golius Lex. arab., Erpenius, Castellus
 Lex. heptagl. col. 422. Nicolai hodoget orient. p. 123. Non
 desunt equidem, qui voci nostræ ^{בן} _{בן} ex S. Codice radicem as-
 signent ebræam: sed triplici vicissim ratione variant. Præ-
 ferant multi radicem ^{בָּרַר} _{בָּרַר} *purgavit, expurgavit: ut filius
 DEI dicatur בָּרַר _{בָּרַר} *edò quòd à peccatoribus segregatus est.* *Ανα-
 μαρτυρία* Christi certissima Ebr. 7, 26. sed nò est ratio denomi-
 nandi Christum ^{בן} _{בן} in quantum ea vox filium denotat.
 Quum ea significationis ratio voci ^{בן} _{בן} nec in genere, omni
 ratione & loco, nec sigillatim filio DEI quâ tali competat. Sic
 hominibus, peccatoribus & ipsimet AntiChristo nomen ^{בן} _{בן}
 tribuitur; non tamen illa puritas & omnimoda à peccatori-
 bus segregatio. Filius DEI ^{בן} _{בן} dicitur propter essentialem
 & æternam à Patre generationem, non vitæ, etiam in his ter-
 ris peractæ, sanctimoniam. Nomen ^{בן} _{בן} & ^{בן} _{בן} paria faciunt,
 inferuntq; veram Filii DEI generationem, ab æterno factam,
 citra ullam temporis differentiam: quæ in peccatoribus, &
 Christi ab hisce separatione conspicitur. Hinc malunt alii
 originem vocis ^{בן} _{בן} deducere à ^{בָּרַר} _{בָּרַר} *elegit, selegit: ut Christus
 בָּרַר _{בָּרַר} *dicatur quasi filius delectus & dilectus: quò referunt Jes.
 42, 1. Matth. 12, 18.* Sed solida magis & certa est adjecta ra-
 tio, quàm genuina isthæc vocis ^{בן} _{בן} origo & interpretatio. Sic
 B 2 optima**



optima h. l. foret Aquilæ conversio; quæ tamen eruditorum consensu longius à fontibus recedit, ἐκλεκτῶς legamus sive ἐκλεκτόν. Accedit, quòd הַרְבֵּי post primum comedendi, non tam diligendi quàm seligendi sensum obtineat. Parentes verò dilectum quidem filium suum; non tamen spontaneò animi motu electum selectumve dicere ac habere possunt: cum id sit donum liberrimò DEI nutu gratis concessum Ps. 127, 3. Repugnant igitur alteri huic origini communis filiorum natura ac artis grammaticæ præceptiones: quæ non admittunt talem nominis formam, à verbis הָרְבֵי deductam, ubi abjecto ה in monosyllabo patach purum sit, ac propter vocis incrementum in scheva mutabile. Eademq; ratio profligat facilè Cl. Ravii sententiam, qui vocis הַרְבֵי radicem constituit הַרְבֵי Fontis Sionai col. 314. atque sic הַרְבֵי non tantùm abjici, sed & vocalem puram parvamq; sub monosyllabo relinqui posse, contra inductionem omnium ex הַרְבֵי nominum, nuperrimè & solus ferè statuit. Ut taceamus, quòd filius propriè dicatur genitus, neutiquam creatus: nec amplissimum creaturæ nomen ceu proprium aut ἐξοχικῶς filio cuiusq; vindicandum. Multò minùs æternus DEI Filius à Davide atq; Salomone eo creandi sensu הַרְבֵי dicitur. Quapropter præstat originem servare arabicam: quæ consonas, puncta atq; sensum, adeoq; formam externam & internam, habet conformem significationi vocis הַרְבֵי in S. Codice genuinæ: in quam nunc inquirendum. Vi etymi הַרְבֵי notat insigni à Parentibus beneficiò affectum, iisdemq; post DEUM morigerum, & sic uno verbo filium. Æternus DEI Filius per veram generationem à Patre essentiam, in & cum hac axiomata eminentissima planèq; divina accepit: promptissimam insuper Patri obedientiam præstitit Psal. 40, 8. 9. Phil. 2, 8. hinc merito suo הַרְבֵי dicitur Davidi Psal. 2, 12. ejusq; ὁμοψύχῳ prorsus ac eodem spiritu actò, filio, Salomoni, unâ hac voce in eadem

eadem orationis serie ter repetitâ Prov. 31, 2. Eundem retinet sensum hæc vox in compositis etiam ebræis nominibus, utpote ברקום filius excisionis Esr. 2, 53. à בר & קס excidere. Alii reddunt: *standhaffter Sohn*, à קים legentes ברקום permutato ס & ם quod in caractere quadrato facillimè solet evenire. Prior tamen lectio correctiorum Codd. constans est atq; optima. Huc nonnulli referunt 2. Sam. 23, 31. vocem ברחמי Barhumites, filius calor, à בר & חים, aliis tamen magis placet à ברח & חים deducere, quasi viatorem calidum dicas. Verùm prior ratio deducendi facilior, & denominandi commodior. Chaldæi eandem filii significationem huic voci בר omnium frequentissimè tribuunt, & in Codice biblico comprobant Dan. 3, 25. c. 5, 22. c. 6, 1. c. 7, 13. Esræ 5, 1. 2. c. 6, 14. Idem in singulari numero loco בן usurpant; neq; בר in plurali unquam, sed בנין à בן adhibent: adeoq; sensu atq; numero בן & בר velut idem significantia permutant. Ut quidam haud absq; ratione asserant, בר esse à בן per concessam & aliàs facilè obviam literarum ejusdem organi ברטלרתן εὐμεταβολήν. Consentunt Chaldæis Syri, & ad luxuriam usq; ἀνευ καὶ μετὰ συμπλοκῆς vocem כן בר in significatione filii, perinde ut Ebræi בן adhibent. In vulgus nota sunt orta inde nomina, potissimùm propria: Βαῖς ἰωνᾶ בר-יונה יְנֻנָּי ס; כ; Matt. 16, 17. Quod à יונה columba *D. Hieronymus* deducit, eò quòd Petrus fidem, quam communi cæterorum nomine profitebatur, orthodoxam ex revelatione Spiritûs S., Columbinâ specie in baptismo CHRISTI Matth. 3. 16. facta consecutus: indeq; vivum membrum Ecclesiæ veræ, columbæ assimilatæ Cantic: 2, 14. c. 5, 2. c. 6, 9. varis afflictionibus & oppressionibus expositum fuerit: cæterisq; præluxerit simplici vitæ mansuetudine, mansvetaq; sine bile simplicitate. *B. Gerhardus tamen Harm: Evang: cap: 215.*

p. 2213. a. *Althofer. Harm. Evang. emed. p. 843.* alteram
 præferunt originem, quæ Iovã contractum statuitur pro Iovã
 wã more apud Syros atq; Græcos receptissimò, de quo *Dru-*
sus præteritor. lib. 1. p. 37. Quin & aliquot Codd. βαρ Iovã
 wã expressum habent. Atq; ita ab ebræo nomine יְהוָה *grati-*
osus deducunt, quod nomen Petri pater fortè gesferit. Id
Nonnus Paraphrastes D. Johannis elegantissimus atq; inter
 Græcos Christianorum Poëtas ferè præcipuus, asserit his
 verbis : Πατὴρ Ἰωάννου θεοδίδος, ἔκγονε Σίμων i. e. Patris
 Johannis pii, filii Simon. Cum quo *Vulgatus* & alii lon-
 gè plurimi exasse consentiunt. Quod controversiæ mo-
 mentum ad nos nunc non adeò spectat, significationem vo-
 cis בר, utrobique retentam, attendentes. βαρβαῖς בר-בבא
 יְהוָה Act. 4, 36. ὁ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον, υἱὸς ᾧ ἑρακλήσεως,
 à ברבא vaticinando consolatus atq; adhortatus est: βαρβαῖς
 בר-בבא יְהוָה Matth. 27, 16. quod idem ac filius patris,
 scil. indulgentis prodigus aut degener ein Vater, Sohnlein/
 discinctus nepos & patrimonii profusor, in omnia inde sce-
 lera projecto: ut ita radicem ברבא constituamus potius, quàm
 ברבא & רבב quasi Magistri vel Rabbi filius is esset dictus; aut
 etiã à רעב denominatus à fame, quæ ad designanda tanta fla-
 gitia eũ impulerit. βαρθολομαῖος בר-תלמי *כי*
 Matth. 10, 3. filius Tholmai: quam vocem sive ad תלמי nobi-
 litatum in Scripturis Num. 13, 22. Judic. 1, 10. 2. Sam. 13, 37. gigan-
 tem, cum *Schindlero Lex. πενταγλ. col. 1973. d.* sive potius ad
 πολομαῖος, frequentatum inter Græcos ac in Ægypto no-
 men, cum *B. Chemnitio Harm. evang. c. 50. p. 406. b.* referamus
 licet. Nec enim facilè obtinebit Hieronymi ratio, quã תלמי
 deducit à תלה atq; תלמי quasi Bartholomæum dicas filium
 ejus, qui elevat sive haurit aquas: quod fervorum erat vilis-
 simorum Jos. 9, 21. 23. minimè nobilium & vel regiã stirpe or-
 torum.

torum. Qualem fuisse Apostolum Bartholomæum, ex Hieronymi Apocryphis à quibusdam, non sine fabulæ suspicione, deducitur. Quâ nec altera translatio caret eorum, qui convertunt *extractus ex aqua* à משה : quod Bartholomæus infans in profundum quendam puteum delapsus sit; sed providi DEI curâ aquæ fontis ita creverint, ut marginem putei superiores attingentes, Bartholomæum in vicinam terram projecerint salvum & incolumem. Eandem à בָּר originem servat Βαρθολομαῖος אֲבִיבָרָה אֲבִיבָרָה Act. 1, 23. filius conversionis: Βαρθολομαῖος etiam, ὁ ὄντι μετ' ἐμὴν νεύομενον, ὁὐδὲ πικρῶς אֲבִיבָרָה Marci 10, 46. Huc spectat Βαρθολομαῖος Act. 13, 6. quod Syro cōvertit אֲבִיבָרָה אֲבִיבָרָה filius *nominis*. Ubi אֲבִיבָרָה καὶ ἐξοχὴν &, uilitatam Scripturæ, Synecdochen ponitur pro nomine Jesu: non sanè, quòd ab hujus pronuntiatione abstinendum; neq; quòd locutio ista virum notet celebrem, utpote qui magnam sibi ex magicis artibus famam acquisiverit. Sic enim אֲבִיבָרָה in genere denotaret excellentē nominis famam, ut in illis אֲבִיבָרָה Gen. 6, 4. quam alii ipsi fortè concesserint, aut ipse falsò sibi arrogarit, sicq; אֲבִיבָרָה filius *tumoris* (turgidus, superbus, conf. Levit. 13, 2. 1. Petr. 2, 24.) potiùs dici meruerit. Videtur verò Magus ille nomen Jesu à Salvatore optimo in majorem pessimam cæteroquin rei suæ fidem assumfisse: quod olim multis, hodieq; pluribus, etiam seductoribus, in more positum; vel à patre aliisve traxisse nomen inter Judæos, tum quidem, pervulgatum. Nobis sufficit, inde cognovisse verum vocis אֲבִיבָרָה apud Chaldæo-Syros usum: quem & Samaritanus observat, atq; אֲבִיבָרָה pro אֲבִיבָרָה ut & אֲבִיבָרָה pro אֲבִיבָרָה frequenter adhibet. Qualem Arabs hîc consensum testetur voce

أبيبار
jam



jam modo dictum p.ii. Licet isti atq; Persæ in frequentiori
 usu sit vox אֶבֶן אֶבֶן אֶבֶן edificavit. Atq; sic vocis hujus origo
 genuina, monstratus in Scriptura usus, jucundissima potio-
 rum aliquot Orientalium linguarum harmonia, doctissimo-
 rumq; in his virorum sententia, facillè propriam hujus vocis
 acceptionem monstrant. Quam legitimam confirmandi
 rationem ostendit serè Hackspan Lib.1. Miscell.c.1. p.17.

§.VI. Nec tamen בר filium semper denotat; quin potius
 tria insuper significata à בָּרָה deducta, in Scriptura S. & apud
 Orientales obtinet. Quæ paucis cognoscemus: ne imponat
 nobis errorum genitrix, æquivocatio. Et primùm quidem
 adhibetur de puritate: quæ quia in frumento omnis generis
 selectissimo vel maximè conspicitur, hæc voce frumentum e-
 tiam denotatur; id ipsum verò, quia in agris crescit ac colli-
 gitur, concedit voci בר significationem tertiam extra, foras,
 in agris: hæbetq; adeò præter Filii, etiam תְּבוּאָה פִּירוּשׁ נְקִיּוֹת
 פִּירוּשׁ נְקִיּוֹת significationem puri, proventus atq; foras. Quod pri-
 mam concernit significationem נְקִיּוֹת puritatis, gemina rei
 cum exterior, tum maximè interior eâ voce designari con-
 suevit. Quemadmodum dilecta Christi sponsa verbo & o-
 pere, sono pariter ac sensu בָּרָה pura Cantic. 6, 9. solis instar
 v.10. imò purissima v.1. ac pulcherrima Psal. 45, 14. sic & præ-
 ceptum Domini בָּרָה Psal. 19, 9. purissimum, lucidissimum,
 fordibus quibuscunq; destitutum, à quisquiliis humanæ men-
 tis ac fraudis remotissimum, & vel ut generosissimum vinum
 defecatum. Nec in se tantum purum est, sed mundos etiã red-
 dit pios in aliorum etiã conspectu Jobi ii, 4. ut fordes, naturali
 post lapsum conditione adherentes, sanguine Christi abluta,
 tecta, abolita non compareant, sed fideles sint corde mundi,
 à dominantibus pravis machinationibus alieni, vacui, puri
 Psal. 24, 4. Psal. 73, 1. cum fides corda נְקִיּוֹת אֶבֶן pura reddat Act.

15, 9. Reliqua Disp. alter. subjungemus.

SOLI DEO GLORIA.

2. D. B. V.
DISPUTATIO PHILOLOGICA ALTERA,
Quâ ex Verbis
PSALMI II. v. 12.

בְּשֵׁקֶבֶד

OSCULUM FILII,

Adversus

Judæorum quorundam detor-
siones publicè asserent

PRÆSES

M. JOH. HELVIC, WILLEMER,

Mœno - Francofurtanus,

atq;

RESPONDENS

JOH. CHRISTOPH. CONRADUS SCHRÖDER,

Gelnhufanus;

Anno Christi M DC LXXVIII. Die Septembr.

In Auditorio Veteri,

Horis antemerid.

VVITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDERI.

M 23.6
20



NOVA ALTEBRA
dis

II. v. 12.

U 5 1

OSSCULUM FILLIS

Adversus

Judicium profundum decor-
tiones publice arguent

PRÆSES

MICHAEL WILHELM

Mueno - Francofurtus

1712

RESPONDENS

JOH. CHRISTOPH. CONRADUS SCHRÖDER

Göttingensis

Anno MDCCXII. Die Septemb.

In Auditorio Publico

Hort. Universitatis

WITTEBERG

Typis Christiani Schröderi



Argumentum.

Sensus verborum רַב־קַוַּנִּי genuinus paraphrasi prolixiori velut in thesi traditur. 2. Verbi קַוַּנִּי significatio osculandi non unâ ratione asseritur, armandi aliquot argumentis profligatur: ex loco Genes. 41, 40. vindicato, osculum subjectionis colligitur. 3. Ejus objectum hîc sistitur æternus DEI Filius religiosè colendus. 4. Quod ex textûs serie ac collatione locorum parallelorum monstratur. 5. Scripturæ S. testimoniis pluribus roboratur, atq; diversis Veteris Noviç; Fæderis exemplis declaratur. 6. Doctorum, imprimis recentiorum, auctoritate conficitur, & post R. Nathanem, ipsius R. Aben Esræ ac R. David: Kimchii placitis concluditur.

§. I. Quæ pro genuina origine ac significatione vocum hæctenus adducta pluribus sunt, majorem conciliant fidem, atq; robur addunt firmissimum sententiæ, quam nunc *ὁὐν ἰεω* defendendam suscipimus, orthodoxæ, quæ sequentibus continetur verbis: *Omnes terra Reges & Magistratus, quotquot deniq; superiorem in cælis DEUM, Regem vestrum, agnoscitis, humilimò ac obsequiosò planè cultu Regi in Zion recens constituto vos subjicite, sceptrâ demittite, thronum locumq; concedite, fidem & obsequium jurejurando addicite, homagii signum, osculum Magnificentie Regis & subjectionis vestræ adjicite, lubenti animo patulisq; auribus verba legesq; ejus admittite, audite, obedite, & verâ cordis fiduciâ, in eo solo positâ, constantè ac fideliter eidem adhaere, amoris osculum figite, infinita æternâq; bona & quæ pacis salutisq; nomine venire solent, ab eo unicè expectate, petite, desiderate, efflagitate, & verè religiosâ prorsusq; divinâ adoratione colite verum hunc, naturalem, æternum, & ejusdem cum DEO Patre essentia Filium, DEUM super omnia in secula benedictum.*

§. II. Osculum igitur, idq; humilimæ subjectionis religiosæ adorationis hîc verbô mandati קָשַׁב nobis severissimè injungi natura verbi evincit, objectum confirmat, textûs series docet, collatio Scripturarum monet, atq; cum rectè sentientium fideliumq; cætu testantur viri ebraicè doctissimi, Christi JESU hostes professi pariter atq; Ejus nomen sanctissimè profitentes. Verbi קָשַׁב natura, sensus & usus Scripturæ superius p. 6. demonstratus, sequens firmissimum sententiæ orthodoxæ fundamentum substernit: Quicumque Scripturæ S. locus verbum קָשַׁב cum ׀ continet tanquam כָּבַד מִבְּנֵי עַל verbum in conjugatione gravi, ille admittit solam osculandi significationem, non armandi, non apprehendendi, hortandi, aliamve. Id confirmat singulorum Scripturæ locorum inductio, pag. 7. seqq. facta. Nomen quidem nonnunquam vel purum קָשַׁב de armis, vel etiam participiale קָשַׁבִּי ter de armatis ex plerorumq; sententia adhiberi ostensum est p. 10, at verbum קָשַׁב in piel inpr. usquam in Scriptura S. significare armavit vel apprehendit, nec ex ullo Scripturæ S. loco, horumq; in Concordantiis indice locupletissimo, nec ex cognatis lingvis, ac à dignæ fidei Scriptoribus (non assertum dicimus, sed) probatum unquam. Ubi non negligendum, quòd hîc minimè disquiratur, annon abstrahendo ab osculis & armis, præter Scripturæ usum, fingi menteq; concipi possit generalissimum aliquod, verbi קָשַׁב significatum *cingendi, circumcingendi*, quod inde vicissim sigillatim ad osculorum amplexum ac arma, circumcingi solita, transferatur? Sed Scripturæ S. sensum & usum scrutari mandatô Christi, non in aëre venari nos decet. Neq; tamen, concessâ hactenus qua ex parte generali illâ formâ, statim determinatè ad sola arma descendere, sed pari, quin & majori, jure oscula defendere licet, atq; asserere significatum longè frequentissimum. Nos posteria-

feriorem amplectimur sententiam atq; armandi significati-
 onem ita profligamus: Ex perpetuo Scripturæ S. usu נשק est
 עומד או עובר יוצא ועובר על verbum transitivum & activum,
 vel intransitivum: nam utrumq; in una ejusdem significa-
 tionis classe simul & semel esse הוּא מן הנמנע quia transiti-
 vum & intransitivum sunt Rabbinis לעצמם נמנעו si-
 ve contradictoria. At verbum נשק nunquam est עומד si-
 ve intransitivum: quia nunquam ὁλοενεργητικὸν est sive acti-
 onem in eodem, quo cœpit, subjecto agente terminatam si-
 gnificat. Quem enim objiciunt quidam locum Genes. 41,
 40. על־פי־ךָ יִשָּׁקְךָ כָּל־עַמִּי ad oris tui imperium cunctus
 populus obediet, reddit *Vulgatus*, deinem Wort soll all mein
 Volk gehorsam seyn *Lutherus*: armabitur *Pagninus*, Vatabl9,
Münsterus in Bibl. & Castellus in Lexic. ἐπιταγλ. col. 2429.
 על־פי־ךָ יִשָּׁקְךָ juxta verbum tuum cibabitur *Onkelos*: dex-
 tre cum plerisq; secundum literam & famosiorem נשק si-
 gnificationem interpretabimur de osculo subjectionis & ho-
 noris: *ad os tuum osculabitur omnis populus meus*, i. e. oris
 tui præceptum exosculabitur & venerabitur. Chaldaus of-
 ficiū Josephi præcipuū, sed non universum tetigit, neglecto
 populi munere, quod hîc ad literam exprimitur. Id malè
 in armis consistere dicitur, quia נשק, nisi cum נשק con-
 struatur, nunquam notat armare sese, semper osculari. Nec
 belli armorumve cura Josepho commissa legitur, sed pacis &
 rei familiaris conservandæ studium eidem commendatum
 dicitur. Mosen quidem exercitûs & Ægyptiaci & Isrælitici
 Ducem fuisse constat ex historia sacra pariter ac civili; Jose-
 pho tale quid neutra tribuit, sed sapientiæ, in pr. cœlestis &
 sublimioris illius studiū, illo urgente, viguisse commemorat.
 Ps. 105, 22. Castellus ad Chaldaum consentientem provo-
 cans, confundere videtur מן אֲרָמָה cibare, sustentari, atque
 אֲרָמָה אֲרָמָה armare, armari, radices diversissimas. LXX. Vul-



gatus & Lutherus sensum potius, quam verum.
 Hinc ita licet colligere: Q. verbum semper **נשקו** reu-
 tivum est, nunquam notat armare sese, quia hæc in ipso
 gente terminatur actio, diciturq; hoc sensu R. Abendanæ
 ad locum nostrum **פער עומר** intransitivum. At conclu-
 sum modò, suâq; evictum ratione est **נשקו** semper esse **נשקו**.
 Adde, quòd arma quæcunq; in & extra Scripturam sint of-
 fensoria vel defensoria. Per nostrum **נשקו** verò non ar-
 ma offensoria nostris imperantur manibus, quæ adversus
 ipsummet DEI Filium gerenda sive dirigenda esse, quis hîc
 imperatum statueret? Sed nec defensoria, proindeq; nulla
 omninò arma, intelligi possunt: cùm nullus hîc memore-
 tur, à quo nobis fidelibus præsens immineat periculum, ut sit
 paranda defensio.

§. III. Id quòd exacta intimaq; objecti consideratio
 planum reddit & perspicuum. Nam is de quo ceu osculan-
 do sermo, est persona, eaq; excellentissima & divina, ipse DEI
 Filius. Quia objectum religiosi cultûs & adorationis, hu-
 milimæ subjectionis & promptissimi obsequii, fidelis appre-
 hensionis atq; amoris constantissimi, meritò statuitur per-
 sona, tantum divina Deut. 6, 23. c. 10, 20. 21. At **כר** hîc con-
 stituitur objectum cultûs religiosi, per **נשקו** indicati: pro-
 inde tale divinum, non aliud, hîc subjectum à prædicato per-
 mittitur ac requiritur. *Osculum hîc (sicut 1. Reg. 19, 18.
 Jobi 31, 27.) comprehendit religiosam venerationem: quia
 subjungitur servituti DEO debita ceu cultus ejusdem generis:
 occurrit ira divina vindicatricis justitiæ, includit fiduci-
 am religiosam; directæ est ad æternam beatitudinem, di-
 cente D. Calovio t. 1. Bibl. illustr. p. 941. Sigillatim autem
 secundam Deitatis personam hîc intelligi, ipsa vox **כר** de-
 monstrat. Quæ si, quod supra p. 10. asseruimus, à **כר**
 legi-*

notat. Contrariâ ve-
rè deducitur, quod jam
Igitur nec puritatem designat,
multò minùs istud metaphoricè de doctri-
intellectum. Sic enim quod personæ convenit emi-
nentissimæ, rei tribueretur creatæ ac citò perituræ.

§. IV. Ast nos seriem textûs respicientes dicimus, E-
undem per בר, Ebrais minùs usitatum, vi textûs & eorum
quæ p. 12. dicta, intelligi, qui notissimâ voce יבן filii, & quidem
in hodie αἰωνίω præsentissimoâ DEO Patre geniti describitur
v. 7. dictus ante יהוה כשֵׁיטֹס קוֹרֵיֹן v. 2. atq; Rex in Zion
constitutus v. 6. At hunc יבן esse æternum DEI Filium, Domi-
num & Salvatorem nostrum Jesum Christum, αὐτόματος &
ἀξίωμα Spiritûs S. interpretatio, infallibilis trium Chri-
sti servorum testificatio, Petri Act. 4, 25. 27. Pauli Act. 13, 33.
Ebr. 1, 5. c. 5, 5. atque Johannis Apoc. 2, 27. c. 19, 15. demon-
strat invictissimè. Atque sic elegantissimè opponuntur re-
bellantium Regum consilia, machinationes vanissimæ Psal.
2, 2. & eorundem resipiscentia, informatio v. 10. in timore
servitus filialis, in tremore admiranda exultatio v. 11. Atq;
nunc pariter Regum ac Gentium strepitus, fremitus, *tumul-*
us adversûs Christum v. 12. & spontanea eorundem, amica
subjectio, subjectionis læta, jucunda testificatio, osculum
filio DEI figendum v. 12. Cujus extimescenda *ira ardentis-*
sima in rebelles quoscunq; omnium temporum, locorum,
virium parata, eum personam esse constat atq; ipsummet
tremendum Numen justissimum. Singula hæc in בר æ-
ternum DEI Filium verissimè competunt v. 12. Qui quæ-
cunque habent ac designant impii, & corpus morbis morte-
que ipsa, & animam in gehenna exquisitissimis utrinq; do-
loribus horrendisq; plagis hîc æternùmq; *perdere* ac sub-
jicere valet, ejus divina tremenda majestas, agnoscenda ju-
stitia

stitia infinita. Aeternus DEI Filius, perdere infideles eâ ratione vult & potest nique est osculi & fiducia salvifica objectum. At in solo Christo, DEI Filio, confidit salvifica fides Johan. 3, 16. seqq. Act. 4, 12. ut ex ipso textu nostro repetit Salvator Marc. 16. celebriorum Theologorum sententiâ.

§. V. Idem subjectionis osculum, filio DEI figendum alia Scripturæ S. loca imperant. Attendamus paucis ad e jusdem Davidis verba, cœlesti Salomoni sacra Psal. 72, 9. מלכים ושרותיהם לפניו אויביו עפר ילחכו quæ ipsa pleniori subjecti determinatione explicat Jesaias c. 49, 23. ושרותיהם מלכים ושרותיהם לפניו אויביו עפר ילחכו eodemq; spiritu repetit Michas c. 7, 17. עפר ילחכו עפר כנרש in hunc ferè sensum: Inimici Christi, coram ipso humilimè in terram prostrati, Reges eorumq; Regina pulverem pedum ejus lingent serpentis instar. Quo ipso à pedum osculo, olim Orientalibus, hodie etiam aliis recepto, describitur humilimum quarumcunque sub N. T. Gentium obsequium, & subjectionis osculum, Christo religiosè prompto lubentiq; animo, ac flexis velut genibus prostratisq; humi corporibus præstandum, imprimis à fidelibus, vestigia quæq; Salvatoris ita velut exosculaturis, ac si nec pulveri parcerent, sed serpentum ritu ora eidem infererent. In exemplum perpetuò duraturum non tantum ivit Magdalena Luc. 7, 39. 45. sed sancta quæcunq; anima, amore Jesu ebria, voto & fide Cantic. 8, 1. omnes in universum fideles, verâ in Christum fide, sincerò amore, humilimâ subjectione ac religiosâ Christi, etiam hominis, adoratione debitam tanti præcepti observantiam obsequii promptitudine testantes.

§. VI. Consentit in istud hætenus assertum subjectionis osculum, Christo figendum, ex orthodoxa antiquitate D. Hieronymus Stridonensis: qui quidem in Apol. contr. Ruffin.

Ruffin. Tom. II. p. 202. convertit adorate purè: metu, ut ibidè
 profitetur, amittendæ apud Judæum Doctorem suum, gra-
 tiæ, quem sumtibus sat magnis, nec sine periculo alebat; A-
 liàs tamen liberè quid sentiret professus reddidit: *adorate fi-
 lium*: utrobiq; rectissimè animadvertens **שִׁקָה שֶׁל גִּדּוּלָה**
 osculū magnificentiæ non illud **שִׁקָה עֵי** idololatricum, cu-
 jus Jobi 31, 26. 27. 1. Reg: 19, 18. Hof. 13, 2. mentio injicitur; sed
 puro corde veraq; fide vero ac essentiali DEO factum. Quod
 satis ostendit religiosa Christi adoratio, quam unà cum vera
 filiatione ex **שִׁקָה בָר** optimè asseruit Hieronymus, ut qui
 ipsos fontes divinissimos accuratò studio consuluit. Cu-
 jus saluberrimi consilii rationes cum atas proximè inse-
 cuta non intelligeret, negligeret certè cum ignarissimis, fa-
 ctum eà hominum incuriã est, ut paucissimi genuinum loci
 hujus, ut aliorum plurium, sensum assequerentur, vul-
 gò receptis erroribus decepti, sibi ignavi, aliis odiosi, omni-
 bus noxii. Verùm postquam singularissimo DEI beneficio
 cum solida linguarum notitia, Lux Evangelii superiori tata-
 te denuò illuxit, factum inde est; ut nunc tot fidissimis Scrip-
 turæ S. Interpretibus latetur Christi ecclesia. Agmen in-
 ter istos jure merito ducit Vir *Γενναῖος Lutherus*, quem de
 nostro loco audire juvat è *Tom: II. Altenb. f: 548. a.* **Hul-
 det Jhm / das ist / küßet und ehret Christum den HErrn mit
 rechter Demuth und hoher Ehrerbietung / seyð Christo unter-
 worffen mit aller Unterthänigkeit und hanget an Christo eu-
 rem Bräutigam mit höchster Liebe / da habt ihr Jhm denn
 recht gehuldet.** De aliorum p. 5. allegatorum consensu ex
 monstratis ibidem locis abunde constare poterit. Hic ju-
 vat meminisse proximi à B. Luthero Martini *Chemnitij*: cu-
 jus hæc sunt verba *Harmon. Evang. cap. LXXI. p. 581. b.* Oscu-
 lum multarum rerum symbolum fuit, ut amoris, reveren-
 tiæ, subjectionis: loco tamen Luc. 7, 38. pulchrè convenit

D

3.Reg.

613195

3. Reg. 19, 18. Colligitur enim inde fuisse symbolum sup-
 cantium: sicut & Jobi 31, 27. Esther. 5, 2. Syrac. 29, 5. Et hoc
 pulchrè convenit ad Ps. 2, 12. osculamini Filium. Consen-
 tit ex aße D. Gerbardus Harm. Evang. cap. CLII. pag. 344. b.
 Osculemur Ps. 2, 12. quod osculum non solum amoris, sed eti-
 am reverentiæ & subjectionis symbolum est 1. Sam. 10, 1.
 Hunc etiam locum ita interpretatur D. Balduinus in 1. Theff.
 5. p. 1186. a. in coronatione Regum addebatur osculum, ob-
 servantia & subjectionis gratiâ, ut 1. Sam. 10, 1. 5. Iterum Ger-
 bardus H. E. c. 184. p. 1776. b. Osculum in se & ex vulgari ve-
 terum consuetudine fuit signum pacis, concordia, caritatis
 & reverentiæ. — Osculum religionis 1. Reg. 19, 18. Psal. 2, 12.
 quod fuit symbolum non solum reverentiæ & subjectionis,
 sed etiam religiosi cultûs. p. 1778. a. Jubemur Christum o-
 sculari Ps. 2, 12. in signum subjectionis & reverentiæ, ipse eti-
 am nos osculatur osculo oris sui, quando Spiritûs S., qui est
 spiritus oris ejus 2. Theff. 2, 8. nos participes facit Cantic. 1, 1.
 Mandati hujus cultûs generalitatem, modiq; discrimen ac-
 curatè observavit D. Franzius Schola Sacrif. Disput. IX. th. 11.
 p. 212. Osculamini Filium Ps. 2. pertinet ad cunctos homines
 sex mille annorum mundi: & fuit dictum, antequam scri-
 ptum. Cautela tantummodò adhibenda est necessariò seu
 interpretatio ista, quòd Gentes ante Christum natum invi-
 tantur ad colendum Christum, modo tunc divinitûs præscri-
 pto, sed Gentes post Christû futuræ invitantur ad colendû
 Christû modo quem ipsis DEus pro isto eodem suo tempore
 futuro præscribet. Egregiè verba nostra adversus Salmeronè
 asseruit D. Glasius Phil. S. p. 274. & D. Walther. Harm. Bibl. ad
 Ps. 2, 7. p. m. 501. Osculamini, per metonymiâ adorate, reveren-
 ter excipite, & fovete Filium. Nam hoc evincit, tum *Osculum*
proprietatis, quoniam *osculum* idem est quod *osculatus fuit*, amo-
 ris, honoris & reverentiæ ergò (metonymicè significat, ho-
 norem

hibuit, quia tropum hic esse admittendum, patet
 quod corporali osculo CHRISTUM Ecclesia militans
 capere non possit) & כִּי Filium denotat, - tum scopi confi-
 ratio, totus quippe Psalmus de Filio DEI agit, tum conse-
 quentia, sequitur enim, ne forte irascatur, & beati omnes qui
 confidunt in eo. Illud autem tam verbum, quam pronomen
 relativum ad aliquod subjectum referri necesse est, quod
 praesens, quod nullum est aliud, quam כִּי. Etiam Principes
 & Reges Christo refractarii & rebelles tenentur tamen ex
 precepto divino, ut osculentur Filium, exhibeant veritati
 reverentiam & patrociniū, & quae plura inde accuratè deducit
 D. Hülfem. Breviar. extens. c. 18. t. b. 6. p. 538. Conf. D. Calov. T. III.
 Syst. Theol. p. 521. seq. D. Pfeiffer Exercit. Bibl. p. 146. seqq. Nec dis-
 sentit accuratissimus D. Varenus in Gen. Decad. Mos. 11. Loc. 5.
 concl. 1. & 4. p. 547. Verbū קָשַׁב in significatione famosa & extra
 conjunctionem cum nomine קָשַׁב nunquam notat aliud,
 quam osculari: nunquam armare vel armari -- osculum
 subjectionis inauguratorium & honorativum praestabatur
 in solenni Principis inauguratione, idq; vel ab inaugurante
 ut 1. Sam. 10, 1. vel subjectorum devotione, ut Genes. 41, 40.
 Ps. 2, 12, Ibidem singula osculorum genera distinctè recenset,
 ut & Gerhardus Harm. l. c. Eandem significationem tradit
 D. Meisnerus Phil. Sobr. Part. II. sect. 1. cap. 1. quest. 12. p. 124.
 Olim osculum fuit signum subjectionis & honoris, unde Ps.
 2, 12. legitur, osculamini filium i. e. servite ipsi, & cum debita
 mentis submissione veneramini. Idē profitetur Vatablus Not.
 ad nostrū locū: osculum manuū (cur nō oris etiā, ac, apud alios
 imprimis, pedū?) in Palæstina, argumentū subjectionis erat,
 ut & apud nos, quasi dicat, osculo manuum testamini, vos Fi-
 liū DEI habere pro Rege, amplectimini filium toto mentis
 affectu & subditi estote illi. Nec aliter Genevenses annot. ad
 Ps. 2, 12. Faites lui hommage comme à vostre Seigneur:

D 2 d'au-

& autantque le baifer d' un inferieur à l' endroit d' un fu-
 perieur estoit un signe exterieur d' hommage voyez Gen.
 41,40. & 1. Sam. 10, 1. in hunc ferè sensum: *præstate ipsi homa-
 gium sicut Domino vestro: quia osculum inferioris superiori
 collatum erat externum homagij signum, quemadmodum l. c.
 Sam. Bochartus append. Geograph. S. p. 42. osculentur filium,
 id est, ei se sponte subjiciant cui DEUS erat loco Patris Ps. 89.
 27. Osculum enim tum temporis fuisse solenne honoris &
 subjectionis symbolum colligere est ex Genes. 41, 40. & 1. Sam.
 10, 1. Ubi quidem rectissime subjectionis osculum asserit; sed
 malè integrum Psalmum secundum cū Musculo aliisq; magni
 inter Reformatos nominis, sensu literali ad Davidem refert: pes-
 simè $\pi\epsilon\gamma\iota\sigma\tau\omicron\pi\eta\nu$ nostram *osculamini filium*, ad omnem Regem
 legitimum transfert. Fallit insigniter, quod asserit, *Psalmus
 secundus tam ad Davidem pertinet, quam ad Christum
 DEI Filium, ad illum quidem ut typum, ad hunc verò ut τὸν
 τῶν θεῶν typo designatum & significatum*: Diversissimū de
 solo Christo testantur Apostoli locis supra p. 23. allegatis: con-
 trariū demonstravit invictissime D. Calov. T. 1. Bib. illust. p. 941.
 D. Walther. p. 26. D. Dorscheus p. 5. allegatus: nec non cū Ortho-
 doxis asseruit *Matthæus Polus Synopsi Critic. vol. II. col. 523. seq.*
 De alio, non semetipso osculando hortatur David. Quem ma-
 lè per $\beta\alpha\iota$ & $\beta\eta$ intelligit Bochartus: filius enim iste in præsen-
 tissimo æternitatis hodie genit9 dicitur v. 7. ex infallibili Sp. S.
 interpretatione, unanimi Apostolorū atq; Orthodoxorū testi-
 ficatione. Nō poterit ostendi in Scripturis S. præter Messiam a-
 lius, qui absolutè & $\epsilon\zeta\sigma\chi\alpha\mu\omega\varsigma$ $\beta\alpha\iota$ dicatur. Contrariā defensur9
 sententiā Bochartus allegat Ps. 89, 27. Sed nec ibi David l. ullus
 alius præter Messiam intelligitur, post Davidis mortem ven-
 turus 2. Sam. 7, 12: & quidem $\text{וְיָבִיט לְמַרְחֹק}$ longè post $\text{וְיָבִיט לְמַרְחֹק}$
 $\text{וְיָבִיט לְמַרְחֹק}$ v. 19. quæ manifestissima est $\theta\epsilon\alpha\nu\phi\rho\omega\pi\iota\varsigma$
 descriptio, illustrissima Davidis de Messia Immanuele con-
 fessio, ut ab aliis evictum. - Melius Bochartō aliisq; Refor-
 matae*

matæ fidei Arabs Psalmum hunc aseruit prophetiam de
Christo Domino & vocatione Gentium. Rectè Æthiops
Psalmum secundum vocat prophetiam Davidis de DEO & de
Messiah ejus, eò quòd conjurarent Gentes ascendere in
Zionem eamque captivam ducere. Syrus etiam

ⲓⲛⲛⲟⲩⲓ ⲡⲣⲟⲩⲉⲧⲓⲁⲙ ⲉⲧⲉ ⲡⲁⲥⲥⲓⲟⲛⲉ Ⲥⲣⲓⲥⲧⲓ, ⲛⲉⲛⲉ ⲉⲧⲉ Ⲥⲣⲓⲥⲧⲓ ⲓⲛⲛⲟⲩⲓ

innuit prophetiam de passione Christi, bene de Christo intelli-
git præsentem psalmum, præter rem tamen patientis me-
minit: quum Christum ut æternum DEI Filium gloriosissi-
mumq; Regem describat David, cui, ut hæctenus monstratū,
subjectionis osculum debetur ac cultus religiosissimus. Hinc
rectè nostratum pleriq; religiosam Christi adorationem hinc
simul subinnui statuunt: quò videantur *Lutherus Tom. VIII.*
Alteb. f. 708. a. Dorscheus, Glasius, Fesselius aliq; p. 5.
allegati. Aliàs quoq; oscula orationi adjuncta novimus. Hinc
Tertullianus lib. de orat. p. 793. *osculum* vocat *signaculum ora-*
tionis, quia publicas & solennes preces primi Christiani sole-
bant osculo concludere, de quo *Justinus sub finem Apol. 2.*
pro Christ. p. 76. Quod cum in abusum successu temporis de-
generaret, jam *Tertulliano* displicuit, Patri inter Latinos
antiquissimo, qui *lib. de velandis virginibus c. 14. sub finem*
gravissimè improbat, si virgines inter amplexus & oscula
concalescant. Id nimirum non sanctum esset osculum, sed
impudicum & ab impuro Diabolo profectum, qui foedi hæ-
di Satyrive specie in Sagarum conventiculis ea nonnun-
quam deosculanda suis offerre dicitur, quæ recensere pudor
prohibet; videri autem possunt apud *Job. Bodinum de Mag.*
Damon. L. II. c. 5. Nicolaum Remigium de Demonolatria L. I.
c. 20. Scilicet subjectionis osculum expetit imperatq; Spi-
rituum superbissimus: quo coluerunt eundem etiam ido-
lolatæ 1. Reg. 19, 18. Jobi 31, 26. de quo osculandi ritu pluribus
agit *Fesselius Tom. I. advers. S. L. III. c. 7. p. 271. seqq. Adr. Turne-*

bus Advers. l. 18. c. 6. confer quæ accuratè in rem p-
 contulit *Salmuth ad Pancirolli Memorab. Part. I. tit. 46. p.*
seqq. Ex Lexicographis aliisque ebraicè eruditissimis, Chri-
 sti nomen professis, præter supra p. 4. laudatos, osculum filii
 nostris verbis significari asseverant D. Försterus, Avenarius,
 Schindlerus, Ravius, Pagninus, M. Marinus, Genebrardus a-
 lii; à Lorino T. I. in Ps. p. 50. citati, Buxtorfius item, Castellus
lex. ἐπὶ τὰ γλ. col. 2429. & alii, quorum non vacat inire nu-
 merum. Quæ ipsa osculandi filium sententia placuit eti-
 am quibusdam professis Christi hostibus: quos inter R. Na-
 thanem in Concord. Ebr., R. Kafvenaki, Midrasch Tillim,
 ipsumque Sanhedrin c. ult. f. 92, 1. laudant D. Calovius Tom. 3. Syst.
Theol. p. 542. Castellus Lex. l. c. atq; Buxtorfius. Sigillatim me-
 morandus hic R. Aben Esra Judæorum sapientissimus & Rab-
 binorum facile Princeps, qui egregiè in verba nostra com-
 mentatur inquiring: הנה עברו את יי' כנגד על יי' ונשקו
 בר כנגד על משיחו והנה פירוש בר כמו מה בר
 ומה בר בטני וכן כתוב בני אתה ומנהג גוים
 בעולם לשום ידיהם תחת יד המלך כאחי שלמה
 או העבר תחת יד אדניו או לנשק את המלך וזה
 Hic v. 11. *servite Jehova*
intelligendus de Jehova, & v. 12. osculamini filium de Mes-
sia s. uncto ejus. Significatio vocis בר eadem est, quæ Prov.
31, 2. Ita enim scriptum est Ps. 2, 7. filius meus es tu. Et
consuetudo Gentium in hoc mundo est, ut manus suas submit-
tant Regis manui, ut fratres Salomonis, aut ut ser-
vus sub domini sui fœmore Gen. 24, 3.; aut ut osculentur Re-
gem. Atq; hæc ipsa consuetudo ad hunc usq; diem in India
viget. Jungendus huic alter Rabbinorum, non infimæ a-
 pud suos atq; nostrates autoritatis, R. David Kimchi, cujus
 hæc sunt: נשקו - ענין נשיקה כמו וינשק לכל אחיו
 verbum נשקו habet significationem osculandi, veluti Gen. 45,
 15.

osculatus est Joseph omnes fratres suos : quæ totidem
 verbis tantum repetit *R. Salomon Ben Melech* in מכלל יופי
 ad h. l. assensuq; suo approbat. Subjungimus hisce memo-
 ratam modò *Midrasch Tillim* ad Ps. II. seu allegoricam expli-
 cationem, quæ pro significatione cum osculandi in verbo
 נשק, tum filii in vocula בר, non leve affert momentum,
 his concepta verbis : אמר רב משל למלך שכעס על
 בני המדינה ופייסו את בן המלך שיפייס את המלך :
 הלך הבן ופייס את אביו כיון שפייס בנו הלכו בני
 המדינה לומר הימנה למלך אמר להם לי אתם
 אומרים הימנו לכו אמרוהו לבני שאמלא הוי
 : כבר איברתי את המדינה הוי נשקו בר :
Recensuit Rabbi Simile de Rege, qui indignatus est incolis ditio-
Tum petierunt isti à Regis filio, ut Regem conciliaret. Abiit
Filius placavitq; Parentem suum. Cum reconciliasset filius e-
jus, incolæ abierunt, hymnum ὕμνον Regi dicturi. Qui re-
spondebat ipsis: mibine hymnum dicitis? agite, illumq; dicit-
te filio meo. Absq; eo enim si fuisset, jam perdidissem regio-
nem: ab osculamini Filium! Quod utinam verò cordis af-
 fectu præstarent Christo singuli, quorum ἐπαρώθη τὰ νοήματα!
 ἀχει γὰρ τὸ σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ὅτι τῇ ἀναγνώσει τῆς
 παλαιᾶς Διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὃ, ἡ ἐν χριστῷ κατ-
 αργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμ-
 μα ὅτι τὴν καρδίαν αὐτῶν κείται.

SOLI DEO GLORIA.



Ung. VI 17

ULB Halle 3
002 114 550



sb

T. 17-17

1078
1077

7







B. v.
erbis

I. v. 12.

ו ש ק

LUM

I,

tus

undam detor-

fferent

ES

WILLEMER,

ofurtanus,

DENS

IANUS Götz/

assovius,

C LXXVIII.

, boris Antemerid.

o Veteri.

ERGÆ,

NI SCHRÖDERI.

10

v)

22 a

19

